



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

Cl. Henning von Beeren, markgräflicher Richter für Ritter und Rittermäßige des Landes Stolp, widerruft eine dem Rath zu Königsberg unbedacht abgegebene Erklärung, aus dem Ende des Mai 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

- CI. Henning von Beeren, markgräflicher Richter für Ritter und Rittersmäßige des Landes Stolp, widerruft eine dem Rath zu Königsberg unbedacht abgegebene Erklärung, aus dem Ende des Mai 1348.

Prudentibus viris et discretis magistris consulum ceterisque consulis in koninghesberge Henningus, dictus de berne, iudex militum ac militarium terre stolpenis illustris principis domini Ludewici, marchionis Brandenburgensis, honoris obsequii, quantum valet, incrementum. Noueritis, quod in litteram, vobis a me sub sigillo meo transmissam et per fratrem nicolaum de monte et Hinricum de Lutzelow presentatam, indeliberate consensi, vt michi pro tunc videbatur, non tamen in detrimentum iuris seu honoris cuiuscunque. Sed nunc apud me melius perscrutatus et ab aliis informatus, nichil vltimate assero, nisi quod opinor, quod ille sacerdos, dictus schillinc, nullum habuerit fratrem, sed quod, cum sit veritatis absolute, nescio nec volo modo quocunque asserere — Datum angermundis, anno domini M^o CCC^o XLVIII^o, infra octauam corporis cristi, meo sub sigillo.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives.

- CII. Der Rath zu Königsberg bestätigt den Verkauf der großen Mühle daselbst und bekundet die Bedingungen, unter denen dieselbe erblich besessen wird, am 15. Juni 1358.

Nos consules ciuitatis koningesberch, nominatim infrascripti, videlicet Parsenou, Jo. gobbin, gelre, heyne bous, henninc rudinger, Flos, heyne Lubbechou, Andreas blecker, Tytze lunou et tydericus mus, Coram uniuersis prefencia cognituris publice recongnoscimus protestantes, Quod honestus vir Jo. heester nostrum magnum molendinum sibi et suis veris heredibus ad veram hereditatem dimissum et assignatum emit rationabili emptione ab honesto viro nycolao molner, suo antecessore in eodem molendino, pro CCC. talentis vinconum nostra cum voluntate. De quo quidem molendino triginta choros siliginis et quatuor choros brafei ordeacei annui pachtus nobis pleniter singulis annis erogabit, sic quod singulis quartalibus anni partem quartam pachtus dabit expedite, Hiis conditionibus nichilominus adiunctis, quod idem Jo. eester suiue successores frumenta nostrorum ciuium molere debebunt pro simplici matta, nihil pecunie a nostris ciuibus uel muneris tam diuitibus quam pauperibus super postulando. Eciam quocunque tempore ambas archas molendini et illud, quod layce dicitur scherwerch, ipse edificare proposuerit, Tunc ligna ad hec sibi valencia per ipsummet empta debebimus ducere, tantum pro vna vice, sibi solummodo nullique suo successori, ad locum sibi competentem. Pro omni quoque tempore tenebimur, sibi procurare pluteos ad reparandum pontes, quos suis propriis laboribus reformabit. Cistam eciam agwillarum, si ipse facere uel habere intenderit, in hoc a nullo penitus debet impediri. Preterea piscacio, gramina et arundo piscine omnibus nostris ciuibus sibiue Johanni et suis heredibus equaliter siue eque communiter debet impertiri et sub tanta libertate fluxus aqua eiusdem molendini deinceps